

- [74, IS III 74] Significat Crenonensibus^a fidelibus suis proces-
sum suum de regno in Romaniolam et se liberatum
ab infirmitate: Tantus nos amor et cura.
- [75, IS III 75] Regraciatur civitati regni Arelatensis eo, quod eli-
gentes familiarem eius in potestatem suum viccari-
um multipliciter honorarunt: Pura fides et experta
devotio.
- [76, IS III 76] Civitati^b, ut parent noncios^c nitendos^d Cremonam,
ubi intendit sollempniter curiam celebrare: Quali-
ter iura imperii pro varietate.
- [77, IS III 77] Rex Corradus significat adventum suum de Al-
lamania in regnum cuidam magistri^e et curiam
regendam Fog(ie) et animat eum in fide: Volentes
devotionem tuam.
- [78, IS III 78] Idem significat se iturum contra rebelles, et animat
in fide fideles narrando magnitudinem sui exerci-
tus: Fidem et devotionem^f fidelium.
- [79, IS III 79] Idem significat Cremonensibus se regnum pas-
cifice possidere et se iturum in Lombardiam, et
ut pareant viccario: Frequenter vobis describere
volumus.
- [80, IS III 80] Civitati, ut faciant gerram Mediolanensibus, donec
iverit ad eos, cum sit paratus ad iter: Expectantes
expectatis et.
- [81, IS III 81] Magister Petrus de Vinea magistro R(effredo), ut
vadat ad curiam: Suo magistro Reffredo⁸ de.
- [82, IS III 82] Aretinis fidelibus suis, ut parent se armis et equis,
cum expeditis iam negotiis Lombardie intendit ire
in regnum: Ut vestre devotionis integritas.
- [83, IS III 83] Eisdem, ut mictant quatuor de sapientibus viris
suis ad eum super petitis consilium impensuris:
Grata satis est in conspectu nostro.
- [84, IS III 84] Capitaneo respondet et commendat ipsum de
processu habito per eum et instruit, qualiter sit
processurus: Consueta benignitate recepit.

a) *statt* Cremonensibus
mittendos

b) *statt* Communitati
e) *statt* magnati

c) *statt* nuntios
f) *danach fehlt* nostrorum

d) *statt*

8) *Für Roffred von Benevent.*